

<999> maggio, Rialto

Essendo le proprietà ducali di Loreo, la palude detta Cirna, il canale Seruna e il tombolo, con le terre, il litorale e le selve ad esso pertinenti e la località di Fossone rivendicati dagli abitanti di quei territori ed avendone i giudici della terra e del popolo di Venezia stabilito in verità l'appartenenza al palazzo, come dimostrato dai documenti portati in giudizio da Petrus <II> Ursoylus duca, detti abitanti rilasciano quietanza al duca, dichiarando di aver agito in maniera illegittima e promettendo di non fare mai più in futuro interpellanze né proclami contro il duca.

Copia semplice cartacea del principio del XVI secolo, da copia semplice del XIV-XV secolo in Venezia Archivio di Stato, Secreta, Codice Trevisano, carta 133r-133v [C].

CE II.88 e CDV I.5

Edizione: Cessi 1942.

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem Redemptoris nostri millesimo, imperantibus dominis nostris Vasilio et Constantino fratribus, filiis Romani, magnis et pacificis imperatoribus, anno autem imperij eorum post obitum Ioannis Cimischei vigesimo septimo, mense madij, indictione duodecima, Rivoalti.¹ Cum pro transactis temporibus et multis curriculis annorum adesset possessio et ius dominiumque nostri pallatii proprietates Laureti² seu pallus, quae vocat[ur] Cernas, etiam canale, qui vocatur Seruna, necnon et tumba cum suis terrenis, qui in ipsis finibus et partibus sunt constituti, verum necnon et in ipso littus de mare et silvas in eis consistentes et habentes intus et foris, insimul cum Fossones,³ unde nos subtus ascripti, quorum nomina leguntur, iniuste haec omnia querebamus quod nostra proprietates affuisset, denique, hoc audito, nostro seniori domino duci Petro Ursoyolo⁴ investigare cepi,^a qualiter hanc rem adesse potuisset. Ut ipse inventas habuit cartulas et eas ostendit in publico placito, et illas ibidem legere fecit, hoc iudicaverunt iudices terre et populus Venetie, ut nos nullum testum^b inquirebamus.^c Unde plenam et irrevocabilem securitatem mittimus nos,^d quorum nomina et manibus subtus affirmati sumus, cum nostris heredibus vobis domno Petro, eminentissimo duci, seniori nostro, et vestris successoribus de tota inquisitione, quam supra diximus, et nominavimus, quod nos iniuste fecimus, ac a modo in antea nunquam tempore nos non audeamus inde interpellare, neque proclamare contra vos neque ad vestros successores, nec inde intromittere, nisi tantum quod vestri vel successorum erit voluntas, ita ut nullis diebus nullisque temporibus vos inde requirere aut compellere debeamus per nullum ingenium non parvum neque magnum,^e quia nichil remansit, quod vos^f inde amplius requirere debeamus, nec intromittere, nisi tantum quantum vobis et vestris successoribus placuerit. Quod si quocumque tempore de suprascripta re aliquid requirere temptaverimus pro quovis ingenio nisi tantum quod vobis placuerit et vestris successoribus,^g supra^h quae declarata fuerit culpa inter

^a sic. si legga cepit come in Cessi.

^b sic. si legga iustum come in Cessi.

^c segue interpolazione: nos peius malum perpetravimus, cum iniquitate adulter (sic) demonstravimus unum preceptum quod nobis factum habebat Otto de hac re sine consensu enim nos inventum habebamus de vestris antecessoribus absque voluntate populi Venetiae unde nos magnam compositionem vobis et vestro pallatio facere debueramus aut magnam animam corporis nos pati debueramus. Sed in Dei misericordia et pietas vestra et deprecatio bonorum hominum secundum nostram offensam magnam habuistis de nobis pietatem.

^d segue interpolazione: prothogastaldio vestro de Capite Argele insimul cum populo habitatore in huius loci Capite Argeli

^e segue interpolazione: quoniam a presenti die venimus in lege et iudicium ante vestram presentiam et vestrorum nobilium iudicium terre et prte bonorum hominum ibidem astante etiam mediocrium et minorum eum summa lege et vero iudicio nobis omnibus advicistis.

^f Cessi corregge in nos.

^g segue interpolazione qui omessa: per vestram misericordiam concedendo nobis.

nos, sciat se compositurum cum suis heredibus vobis et vestris successoribus auri obrizi libras viginti de omnibus, que habere visus est ab hoc seculo. Et haec nostre securitatis cartula usque in perpetuum in sua maneat firmitate plenissima. Quam scribere rogavimus Beraldum presbiterum et notarium. +ⁱ Ego Arderado presbiter manu mea subscripsi. +^j Ego Dominicus presbiter manu mea subscripsi. Signum manus suprascripti Martini Joannacci, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Soldani, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Joannis, filij Petri, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Lugnani, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Reimbaldi Battiumbra, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Martini, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Ursi, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Lutulfi, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Petri, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Ursi, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Adami, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Pauli, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Antij, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Vitalis, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Hermaldi, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Joahnnis, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Mauri Ursonis, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Petri, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Apollinare, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Dominici, qui hoc fieri rogavit. Signum manus Ursonis [qui hoc fieri rogavit]. Signum manus Severi [qui hoc fieri rogavit]. Signum manus Martini, [qui hoc fieri rogavit]. Signum manus Ursoni, [qui hoc fieri rogavit]. Signum manus Leoni, qui [hoc fieri rogavit]. Signum manus Dominici de Brenta, [qui hoc fieri rogavit]. Signum manus Constantini, [qui hoc fieri rogavit]. Signum manus Arduini, [qui hoc fieri rogavit]. Signum manus Cavargele, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Dominici, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Martini, qui hoc rogavit fieri. Signum manus Martini, [qui hoc fieri rogavit]. Signum manus Lugnani, [qui hoc fieri rogavit]. Signum manus Ioannis, qui hoc fieri rogavit. Ego Beraldus, presbiter et notarius, deprecatus ab omnibus suprascriptis complevi et roboravi.

^h super in Cessi.

ⁱ omessa in Cessi.

^j omessa in Cessi.

NOTE STORICHE

¹ Per la datazione del documento si veda POZZA 2003. Gli editori precedenti datano il documento all'anno 1000. Tale documento presenta interpolazioni in più punti (si vedano le note al testo c, d, e, g). Esse furono inserite in funzione della falsificazione di un diploma di Ottone I del 972 agosto 13 in favore di Cavarzere. Già Ludovico Muratori sosteneva che il diploma fosse apocrifo. Vincenzo Bellemo invece fu di parere contrario (BELLEMO 1893, pp. 92-99). Per il falso diploma si veda CESSI 1942b, pp. 92-93.

² Loreo è oggi un comune in provincia di Rovigo. In epoca altomedievale questa località insieme a Cavarzere costituiva un centro demico di rilievo, sito presso il confine meridionale del ducato. Come sembra di poter dedurre dal testo, gli abitanti di Loreo cercavano di farsi riconoscere i diritti sulle terre incolte del loro territorio. La presenza a Loreo di un patrimonio di terre sfruttato collettivamente è confermato nella documentazione notarile successiva, dalla quale emerge inoltre come nel corso dell'XI secolo la comunità cominciasse ad organizzarsi attraverso forme di rappresentanza (il gastaldo) proprio in relazione alla gestione dei beni pubblici. Per tutti questi temi si veda CASTAGNETTI 1992c, pp. 587-596.

³ La località di Fossone sarebbe da identificare con l'odierna Cavanella d'Adige, frazione del comune di Chioggia in provincia di Venezia. In questa località sorse in epoca successiva il monastero di San Giorgio di Fossone. Per il toponimo si veda STRINA 1957, p. vii-viii.

⁴ Sul duca Pietro II Orseolo si veda documento Venezia 31 nota 3.